



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

- From. 4523
- Lateel. 646

- From. 652

CATECHISMVS
INSTRV-
CTIO PVERORVM ECCLESIAE,
non minus sana, quām
succincta.

*

Per GEORGIVM VVI-
CELIVM,

P S A L . I .

Et in lege cūs meditabitur die ac nocte .

Cum GRATIA & Privilegio
Imperiali .

MOGVNTIAE
Ad Diuum Victorem excudebat
Franciscus Behem.

ANNO M. D. XLII.



**INSTITVTIO PVE
RORVM ECCLESIAE, TAM
sana, quam succincta.**

*

CREATIO MVNDI.



N PRINCIPIO
creauit Deus Cœ-
lum & Terrā, Nec
non omnia quæ in
eis sunt, siue uides
antur, siue non uideantur. Genes. i.

ÆTERNITAS Filij.

**In principio erat Verbum, &
Verbum erat apud Deum, & De-
us erat Verbum. Hoc erat in prin-
cipio apud Deum, Omnia per ip-
sum facta sunt, & sine ipso factum
est nihil quod factum est. In ipso ui-
ta erat, & uita erat lux hominum,**

A nū & lux

CATECHISMVS
& lux in tenebris lucet , & tenebræ
eum non apprehenderunt, Ioan. i.

CREATIO PRIMI
Hominis .

Formauit Dominus Deus Ad-
am seu hominem è puluere terræ,
& inspirauit in faciem eius spiracu-
lum uitæ , & fuit Homo in animam
uiuentem . Et dixit Dominus De-
us : Non est bonum , esse Adam seu
hominem solum , faciam ei Adiuto-
rium , quod sit coram eo . Et cadere
fecit Dominus Deus soporem su-
per Adam , & dormiuit , & tulit u-
nam è costis eius , & clausit carnem
pro ea , & ædificauit Dominus De-
us costam , quam tulerat ex Adam
in mulierem , & adduxit eam ad A-
dam , & dixit Adam : Hac uice os
ex ossis

ECCLESIAE.

3

ex ossibus meis, & caro ex carne
mea, & uocabitur Virissa, quia ex
uiro sumpta est ista, Genesis ij.

TRANSGRESSIO

Adæ istius.

Propter unum hominem (in obediētē Adam) peccatū in mundū introiit, ac per peccatū Mors. Rursus: Vnius delicto multi mortui sunt. Mox: Condemnatio ex uno delicto ad condemnationē zc.
Roma. cap. v.

VATICINIVM DE Messia seu Christo aduentu ro, qui, quod perierat, reparauit.

Dominus ipse dabit uobis signum: Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & uocabit nomen eius Immanuel. A ij NA

CATECHISMVS
NATIVITAS EXPEC-
tati Messiae , Christi no-
stri Seruatoris.

Ascendit Ioseph à Galilæa de ci-
uitate Nazareth in Iudæam , in ciu-
tatem Dauid , quæ uocatur Bethle-
hem , eo q̄ esset de domo & familia
Dauid , ut profiteretur cum Maria
desponsa sibi uxore , quæ erat preg-
nans . Accidit autem quum essent
ibi , completi sunt dies pariendi , &
peperit filium suū primogenitum ,
ac fascijs eum inuoluit , reclinavitq;
eum in præsepi , quod nō esset eis lo-
cus in diuersorio , & Pastores erant
in eadē regione uigilantes & excus-
bantes excubias nocte super gres-
gem suū . Et ecce Angelus Domini
aſtitit illis , & claritas Domini cir-
cumfulſit illos & timuerunt timo-
re magno . Et dixit illis Angelus :

ECCLESIAE. 4

Ne timeatis : Ecce enim annuncio
uobis gaudium magnum , quod es-
tit toti populo , quia natus est uo-
bis hodie seruator, qui est Christus
Dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc uo-
bis signum: Inuenietis infantem fas-
cijs inuolutum, positum in præsepi.
Et subito facta est cū Angelo mul-
titudo militiæ coelestis, laudantium
Deum, & dicentium : Gloria in al-
tissimis Deo, & in terra pax, homi-
nibus bona uoluntas. Et factum
est, ut discesserunt ab eis Angeli in
coelum, & homines pastores dice-
bant inter se : Transeamus iam
Bethlehem usq; , & uideamus uer-
bum hoc quod factū est, quod Do-
minus notificauit nobis, Et uenerūt
festinantes , & inuenierūt Mariam,
& Ioseph & infantem , positum in

A iiiij præ-

CATECHISMVS

præsepi. Cum uidissent aut̄, notifi-
cauerunt de uerbo , quod dictum
erat ipsis de puerō hoc. Et omnes
qui audierūt mirati sunt de his quæ
dicta erant à Pastoribus ad ipsos.
Porro Maria conseruabat omnia
uerba hæc, conferens in corde suo.
Et reuersi sunt Pastores , glorifican-
tes, ac laudantes Deum super om-
nibus quæ audierant & uiderant :
ita ut dictum fuerat ipsis. Et postque
consummati sunt dies octo ut cir-
cuncideretur Puer, uocatum est no-
men eius Iesus , quod uocatum erat
ab Angelo prius quam in utero
conciperetur , Luce. ij.

Et Verbum caro factum est, &
habitauit in nobis, & uidimus glo-
riam eius, gloriam quasi unigeniti à
Patre , plenum gratia & ueritate.
Ioan, cap. i. CON-

ECCLESIÆ. 5
CONCIO IOANNIS
Baptistæ, præcursoris
Dominici.

Pœnitentiam agite, In propinquo enim est regnum cœlorum. Matth. cap. iij. Et facite fructum dignum pœnitentia. Omnis arbor que non bonum fructum facit, exciditur, & in ignem mittitur. Parate uiam Domini, Luce iij. Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Qui credit Filio, habet uitam æternam. Qui uero non credit Filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Ioan. cap. iij.

INITIVM DOCTRINÆ
Messiae, qui est Iesus Christus filius
Dei & Hominis.

Quum aperuisset os suum, do,
A v cebat

CATECHISMVS

cebat illos dicens : Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnū cœlorum . Beati mites , quoniam ipsi hæreditate accipient terram . Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiā, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes , quoniam ipsi misericordiam consequentur . Beati mundo corde , quoniam ipsi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam illorū est regnū cœlorum. Beati estis cum probris afficerint uos , & persecuti fuerint, & dixerint omne malum uerbum aduersus uos mentientes, propter me, Gaudete, & exultate , quoniam merces uestra multa est in cœlis. Amen amen dico uobis, qui sermonē meū audit,

ECCLESIAE.

6

audit, & credit ei qui misit me , ha-
bet uitam æternam , & incondem-
nationem non ueniet , sed transiuit
à morte in uitam. Venit hora , in
qua omnes qui in monumētis sunt,
audient uocem filij hominis: & pro-
dibunt qui bona fecerunt, in resur-
rectionem uitæ, Qui uero mala ege-
runt, in resurrectionem condemna-
tionis. Ioan. v. Venite ad me om-
nes , qui laboratis & onerati estis,
ego reficiam uos , Matth. xi. Ne-
mo potest uenire ad me , nisi Pater,
qui misit me , traxerit eum , & ego
fuscitabo eum in nouissimo die. Si
uos manseritis in sermone meo, ues-
re discipuli mei estis , & cognosce-
tis ueritatem, & ueritas liberos red-
det uos. Qui ex Deo est, uerba Dei
audit. Amen amē dico uobis , si q̄s
sermonē meum seruauerit, non gu-

CATECHISMVS

stabit mortem inæternum. *Ioan. 8.*
Ego sum pastor bonus. Ego sum
ostium, per me si quis introierit, ser-
uabitur. Opera quæ ego facio no-
mine patris mei, hæc testimonium
reddunt de me. Ego & Pater unū
sumus. Si mihi non creditis, operis
bus credite. *Ioan. x.* Ego sum Re-
surrectio, & Vita, qui credit in me,
etiam si mortuus fuerit, uiuet. *Ioan.*
xi. Ego lux in mundum ueni: Am-
bulate dum lucem habetis, ne uos
tenebræ occupent, *Ioan. xiiij.* Ego
sum Via, Veritas, & Vita. Nemo
uenit ad patrem, nisi per me. Ego
sum uitis uera, uos palmites. Qui
manet in me, & ego in eo, hic fert
fructum multum. Quia sine me ni-
hil potestis facere. Ceterum hoc est
præceptum meum, ut diligatis ins-
uicem,

uicem, sicut dilexi uos. Vos amici
 mei estis, si feceritis, quæcunq; præ
 cipio uobis, Ioan. xv. Sic luceat lux
 uestra coram hominibus ut uideat
 uestra opera bona & glorifcent pa
 trem uestrum, qui est in cœlis. Ne
 putetis, q; uenerim ad destruendā
 legem aut Prophetas. Non ueni ut
 destruam, sed ut impleam. Nisi ab
 undarit iustitia uestra, plusq; Scri
 barum & Phariseorum, non ingre
 diemini in regnū cœlorum. Sit ser
 mo uester, Etiam etiam, Non non,
 Verū quod superabundat ex his,
 ex malo est. Matth. cap. v. Si uis
 ad uitam ingredi, serua mandata.
Quæ: Diliges Dominum Deum
 ex toto corde tuo &c. Et proximū
 tuum sicut teipsum. Præterea : Ne
 facias homicidium, Ne committas
 adulteriū

CATECHISMVS

adulterium, Ne facias furtum, Ne falsum testimonium dicas, Honora patrem & matrem. Et si uis perfec-
ctus esse, uade, uende quæ habes,
& da pauperibus, & habebis the-
saurum in cœlo, & ueni sequere me
Matth. xix. Luce xviij. Væ uobis
diuitibus, qui habetis consolationē
uestrā. Væ uobis qui saturati estis,
quia esurietis. Væ uobis qui ridetis
nunc, quia lugebitis, & flebitis, Væ
cū benedixerint uobis omnes homi-
nes. Diligite inimicos uestros, bene-
facite his qui uos oderunt. Benedici-
te maledicentibus uobis, & orate
pro calumniantibus uos. Percutien-
ti te in maxillā, prebe & alterā, et ab
eo qui aufert tibi palliū, etiam tunis-
cam noli prohibere. Omni aut̄ exis-
genti abs te, tribue: & ab eo qui au-
fert

fert q̄ tua sunt, ne reposcas, & pros-
ut uultis ut faciant uobis homines,
uos quoq; facite illis similiter. Quid
aut uocatis me, Dñe, Dñe, & non
facitis quæ dico: Luce cap. vi. At-
tendite ne Eleemosynam uestram
faciatis corā hominibus, ut uideami
ni ab illis. Alioqui mercedē non ha-
betis apud patrem uestrū qui est in
coelis. Itaq; cū facis Eleemosynam,
ne tuba cecineris ante te, quēadmo-
dum Hypocrite faciunt in Synago-
gis, & in uicis, ut glorificent ab ho-
minibus. Amen dico uobis, recipi-
unt mercedē suam. Te autem facien-
te Eleemosynam, nesciat sinistra tua
quod facit dextera tua, ut sit tua E-
leemosyna in occulto, & pater tu-
us qui uidet in occulto, ipse reddet
tibi in manifesto. Et cum oraueris,
non eris quemadmodū Hypocrite.

CATECHISMVS

Nam amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut appareant hominibus. Amen dico uobis, quod recipiunt mercedem suam. Tu uero cum oras introito in cubiculum tuum, & cum clauseris ostium tuum, ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto reddet tibi in manifesto. Verum orantes ne multum loquamini, sicut Ethnici. Putant enim quod ob multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur efficiamini similes eis. Nouit enim pater uester quibus rebus opus sit uobis, priusquam petatis ab illo. Porro cum ieiunaueritis, ne sitis ueluti hypocritae uultu modesti. Obscurant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, recipiunt mercedem suam.

suam. Tu uero cum ieunas, unge caput tuum, & faciem tuam lauam, ne appareas hominibus ieunans, sed patri tuo qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, red det tibi. Ne recondatis uobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea corrumpit, & ubi fures perfodiunt, ac furantur. Sed recondite uobis thesauros in cœlo. Vbi neq; æru go, neq; tinea corrumpit, & ubi fu res non perfodiunt, neq; furantur. Nam ubi est thesaurus uester, illic erit & cor uestrum. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Prop terea dico uobis, ne sitis solliciti ani mæ uestræ, quid comedisti sitis, & quid biberi, neq; corpori uestro, quid induatis. Nam omnia ista gen tes inquirunt, Nouit enim pater ue ster

CATECHISMVS

ster cœlestis , quod opus habeatis
his omnibus. Quærite autem pri-
mum regnū Dei , & iustitiam eius ,
& hęc omnia adiūcentur uobis. Ne
iudicetis, ut non iudicemini. Ne de-
tis quod sanctum est canibus. Petis
te & dabitur uobis. Omnia quæ
cunq; uolueritis , ut faciant uobis
homines , sic & uos facite illis . Sic
enim est lex, & prophetæ. Introite
per arctam portam , quoniam lata
est porta , & spacioſa uia , quæ du-
cit in perditionem, multiq; sunt qui
ingrediuntur per illam. Quoniam
angusta est porta, & stricta uia, quę
ducit ad uitam, & pauci sunt qui in-
ueniunt illam . Estote prudentes,
ſicut serpentes, & simplices ſicut co-
lumbæ. Qui uoluuerit uisque ad
finem , hic ſaluuus erit. Omnis qui
confit-

ECCLESIAE. 10

confitebitur me coram hominibus,
confitebor & ego illum coram pa-
tre meo , qui in cœlis est. Et qui
quis negauerit me coram homini-
bus negabo eum & ego coram pa-
tre meo , qui est in cœlis. Qui as-
mauerit patrem aut matrem supra
me , non est me dignus , & qui as-
mauerit filium aut filiam supra me,
non est me dignus. Ne metuatis
eos qui occidunt corpus , animam
autem nō possunt occidere. Vestrī
pili capitis omnes numerati sunt.
Qui non accipit crucē suā, ac sequis-
tur me, non est me dignus, Matth.
10. Si mundus uos odit, scitis q̄ me
priusq̄ uos odio habuerit . Si de-
mundo essetis , Mundus quod su-
um est diligeret. Non est seruus ma-
ior Dño suo, si me persequuti sunt,
B. ñ & uos

CATECHISMVS

& uos persequentur. Plorabitis & lamentabimini uos , mundus contra gaudebit, sed mœror uester ueretur in gaudium, ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium feram ueritati. Omnis qui est ex ueritate , uocem meā audit Ioannis. xv. & xviiij. Confidite, ego uici mundum.

RERVM OMNIUM consumatio.

Sol obscurabitur , & Iuna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cælo , & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cū potentia & gloria

ECCLESIAE.

ij

ria multa. Et mittet angelos suos cum tubæ uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis à summis cœlorum usq; ad terminos eorum. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus uester uenitrus sit.

Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angelii cum eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos alteros ab alteris, sicut pastor segregat oves ab hædis, & statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris, tunc dicet rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, hæreditate accipite regnum paratum uobis ab exordio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi edere.

CATECHISMVS

hi edere. Sitiui , & dedistis mihi bis
bere. Hospes erā, & collegistis me:
Nudus, & operuistis me: Infirmus,
et uisitaſtis me : In carcere eram , &
uenistis ad me. Tunc respondebūt
ei iusti, dicentes : Domine, quando
te uidimus esurientem, & pauimus:
aut sitientem , & dedimus tibi po-
tum ? Quando autem te uidimus
hospitem, & collegiūmus te : aut nu-
dum, et cooperuimus te, aut quan-
do te uidimus infirmum, aut in car-
cere, & uenimus ad te ? Et respon-
dens rex dicet illis : Amen dico uo-
bis, quatenus fecistis uni de his fra-
tribus meis minimis , mihi fecistis.
Tunc dicet & his qui à sinistris es-
runt : Discedite à me maledicti in
ignem æternū , qui paratus est dia-
bolo & angelis eius . Esuriui enim
& non

& non dedistis mihi edere. Sitiui et
non dedistis mihi bibere. Hospes
eram, & non collegistis me: nudus,
& non operuistis me: infirmus, &
in carcere eram, & non uisitastis
me. Tunc respondebunt ei & ipsi
dicentes: Domine, quando te uis-
dimus esurientem, aut sitientem,
aut hospitem, aut nudum, aut infir-
mum, aut in carcere, & non minis-
trauimus tibi? Tunc respondebit
illis, dicens: Amen dico uobis, qua-
tenus non fecistis uni de minimis
his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in
supplicium æternum, iusti uero in
uitam æternam. Hactenus Eu-
angelica Christi Iesu doctri-
na, secundum quas
tuor Euanges-
listas.

B III V A

CATECHISMVS
VATICINIVM DE
Messiæ, Christi nostri
miraculis.

Ipse ueniet, & saluos faciet uos,
Tunc aperientur oculi cæcorū, &
aures surdorum patebunt. Tunc sa-
liet sicut ceruuſ claudus, & lauda-
bit lingua muti. Esaiæ cap. xxxv.

Et circumibat totam Galilæam
Iesus docens in synagogis illorum,
ac prædicans Euangelium regni, &
curans omnem morbum, & omnē
languorem in populo. Et abiit fa-
ma illius in totam Syriam. Et ad-
duxerunt ad illum omnes male ha-
bentes, uarijs morbis, ac crus-
ciatibus contractos, &
dæmoniacos, & luna-
ticos, paralyticos,
fanauiç illos.

VATI

ECCLESIAE. 13
VATICINIVM DE CHRIS.
sti Seruatoris nostri passione,
morte ac Resurrec-
tione.

Ipse uulneratus est propter pre-
uaricationes nostras, & attritus est
propter iniquitates nostras. Sicut
Agnus ad occisionem ductus, non
aperuit os suum &c. Esa. lij. Viri
Israelitæ, audite uerba hæc: Iesum
Nazarenum, uirum designatum à
Deo erga uos potentiss., & prodigijs,
& signis, quæ fecit per illum
Deus in medio uestri, sicut & ipsi
scitis, hunc definito cōsilio, & præ-
scientia Dei traditum, cum accepisti
setis per manus iniquorum, crucis
fixum inter emistis, quem Deus susci-
tauit solutis doloribus mortis,

B v quates

CATECHISMVS
quatenus impossibile erat teneri il-
lum ab ea.
VATICINIVM DE CHRI-
sti Domini nostri in cœlos
Ascensione.

Ascendens in altum , captiuam
duxit captiuitatem , & dedit dona
hominibus , Psal. 67. Eduxit au-
tem eos foras , usq; in Bethaniam ,
& sublatis in altum manibus suis ,
benedixit eis . Et factum est dum
benediceret illis , recessit ab eis , ac
ferebatur in cœlum . Et ipsi adora-
to eo , regressi sunt Ierusalem cum
gaudio magno , & erant sem-
per in templo laudantes ,
& benedicentes
Deo .

COMMISSIO APOSTO-
lis ab Ascendente Christo
relicta . Itc

Ite in mundum uniuersum , &
prædicate Euangelium omni crea-
turæ. Qui crediderit, & baptizatus
fuerit, saluus erit , qui uero non cre-
diderit, condemnabitur. Porro sig-
na eos qui crediderint, hæc subse-
quentur. Per nomen meum dæmo-
nia ejcent , linguis loquentur no-
uis, serpentes tollent , & si quid læ-
tale biberint , non nocebit eis. Su-
per ægrotos manus imponent, &
bene habebunt. Marci capite xvi.
Accipietis uirtutem , posteaquam
Spiritus sanctus aduenerit super
uos , & eritis mihi testes , non so-
lum Hierosolymis , uerum etiam in
uniuersa Iudæa , Samariaq; deniq;
usque ad extrema terræ , Acto . i.
Quomodo inuocabunt eū, in quē
non crediderunt : Quomodo aut̄
crē

CATECHISMVS

credent ei quem non audierunt? Quomodo aut audient absq; prædicante? Quomodo autem prædis-
cabunt, nisi missi fuerint? Sicut scrip-
tum est: Quām speciosi pedes an-
nunciantium pacem, annunciantiū
bona. At non omnes obedierunt
Euangelio, Roma. cap. x.

DOMINICÆ COM MIS fionis executio per Apo- stolos.

Repleti illi sunt omnes spiritu
sancto, & loquebantur Verbum
Dei cum fiducia. Act. iiiij. Illi uero
egressi, prædicauerunt ubiq; Dñō
cooperante, & sermonem confir-
mante per signa subsequentia. Mar-
ci xvi. Euangelium uero Dei, ante
promissum pro prophetas in scrip-
turis

turis sanctis, de filio Dei, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui definitus est filius Dei per potentiam, per spiritum sanctifican tem ex resurrectione a mortuis &c. Illud ipsum Euangeliū uirtus Dei est ad salutem, omni credenti. Roma. i. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, Roma. x.

SANCTI EVANGE, līj prædicatio.

Vere comperio, quod non sit personarū respectus apud Deū, sed in quamvis gente, qui timet ipsū, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Verbum quod misit Deus filijs Israel, annuciās pacem per Iesum Christum (hic est omniū dominū

miuus

CATECHISMVS

minus) ipsi nostis, quod factum est per totam Iudæam, incepturn à Galilæa, post baptismum quod prædicauit Ioannes Iesum Nazarenū, quomodo unxerit eum Deus spiritus tu sancto, & potentia, qui obam, bulauit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit, & in regione Iudæorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspensum in ligno. Hunc Deus suscitauit tertio die, & exhibuit eum ut manifestus fieret non toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à Deo, nimis rū nobis: qui comedimus, & bibimus una cū illo, posteaq; surrexit à mortuis. Et p̄cepit nobis, ut p̄dis caremus populo, ac testificaremur quod

quod ipse sit ille qui constitutus es
rat a Deo iudex uiuorum ac mor-
tuorum. Huic omnes prophetæ te-
stimonium ferunt quod remissio-
nem peccatorum accepturus sit per
nomen eius quisquis crediderit in
eum, Act. x.

EVANGELII PRÆDL cati profectus.

Qui ergo libenter acceperunt
uerbum Dei, baptizati sunt, & ac-
cesserunt in die illo, animæ circiter
mille. Erant autem perseverantes in
doctrina Apostolorum, & com-
municatione, & fractione panis, &
orationibus. Factus est autem omo-
ni animæ timor, multaque prodigia,
& signa per Apostolos edebantur.
Omnis aut qui credebat, erat cōiuncti,
& ha-

CATECHISMVS

& habebant omnia cōmunia. Possessionesque, & substantias uendebant, ac diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat. Et quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes per singulas domos panem: inuicem sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis laudantes Deum, & habentes gratiam apud omnem plebem. Dominus autem addebat, qui salui fierent, quotidie congregatiōni. Act. iij. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una &c. Act. iiiij.

Permansistis in spe Domini nostri Iesu Christi, coram Deo, & patre nostro, scientes fratres dilecti a Deo, electionem uestram: quoniam Euangelium nostrū fuit erga uos, non

non per sermonem solum, uerum,
etiam per potentiam, & per spiritū
sanctum, perq; certitudinem mul-
tam quemadmodū nostis, quales
fuerimus inter uos, propter uos. Et
uos imitatores nostri facti fuistis, et
domini, recipientes sermonem cum
afflictione multa, cum gaudio spi-
ritus sancti, adeo ut fueritis exem-
plo omnibus credentibus in Mace-
donia, & Achaia. A uobis em̄ per-
sonuit sermo Domini: non solum
in Macedonia, & Achaia, uerume,
tiam in omni loco fides uestra quæ
est in Deum dimanauit, ut non sit
uobis necesse loqui quicq;. Siquidē
ipſi de uobis annunciant, qualem
ingressum habuerimus ad uos, &
quomodo conuersi fueritis ad Deū
a simulachris, ut seruiretis Deo ui-
ti, &

CATECHISMVS

uenti, & ueraci, & expectaretis filium eius de coelis, quem suscitauit a mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira uentura, i. Thessal. cap. i.

INFORMATIO CONVERSATIONIS Euangelio prædicatio atq; recepto dignæ.

Quod super est igitur fratres, rogamus uos, & adhortamur per Dominum Iesum, quemadmodū accepistis a nobis, quomodo oporteat uos uersari, & placere Deo, ut abundetis magis. Nostis enim quæ precepta dederimus uobis, per Dominū nostrū Iesum &c. Thessal. 4.

Obsecro igitur uos fratres per miserationes Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam,

Etiam , acceptam Deo , rationalem
cultum uestrum . Et ne configuretis
uos ad figuram sæculi huius , sed
trâsforemini per renouationē mens
tis uestræ , ut probetis quę sit uolun
tas Dei , quod bonum est , accep
tum'q; , & perfectū . Rom. cap. xij.

Hortor itaq; uos ego uinctus in
Domino , ut digne ambuletis uoca
tione , qua uocati estis , cum omni
humilitate , ac mansuetudine , cum
longanimitatæ , tolerantes uos inui
cem per charitatem studentes serua
re unitatem spiritus per uinculam
pacis . Vnum corpus , & unus spiri
tus , quemadmodum & uocati estis
in una spe uocationis uestræ . Vnus
Dñs , una fides , unū baptisma , unus
Deus , & pater omniū , qui est super
omnia , & per omnia , & in omnib.
nobis , Ephes. 4. C ij Ob,

CATECHISMVS

Obsecro autem uos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idem dicatis omnes, & non sint inter uos dissidia, sed sitis integrum corpus, eadem mente, & eadem sententia, i. Corinth. i.

Videte igitur quomodo accura te ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes opportu nitatem, quod dies mali sint. Propterea ne sitis imprudentes, sed ut intelligentes quæ sit uoluntas Domini. Et ne inebriemini uino, in quo luxus est, sed impleamini spiritu, lo quètes uobis metipls per Psalmos, & Hymnos, & cantiones spirital es, canentes ac psallentes in corde uestro Domino, gratias agentes semper de omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo, & patri. Ephes. cap. v. Ad-

Adhortor, ut ante omnia fiant
deprecationes, orationes, intercessio-
nes, gratiarum actiones pro om-
nibus hominibus, pro regibus, &
omnibus in eminentia constitutis:
ut placidam, ac quietam uitam des-
gamus cum omni pietate, & honestate. i. Timoth. ij.

Itaç si resurrexistiſtis una cū Chri-
ſto, ſuperna quærite, ubi Christus
eſt ad dexteram Dei ſedens. Superna
curate, non terrena. Siquidem
emortui eſtis, & uita ueſtra abſcon-
dita eſt cum Chriſto in Deo. Quan-
do cuñç Christus manifestatus fue-
rit, uita noſtra, tunc & uos cum il-
lo manifestabimini in gloria. Mor-
tificate igitur membra ueſtra terre-
nalia fornicationem, immundiciam,
molliciem, concupiſcentiā malam,
C ij & auat

CATECHISMVS

& auaritiam, quæ est simulachrum
cultus: ob quæ uenit ira Dei in filii
os inobedientes, inter quos & uos
ambulauistis quondam, cū uiueretis
in his. Nunc autem deponite &
uos omnia, iram, indignationem,
malitiam, blasphemiam, turpilo-
quium ab ore uestro: Ne mentiami-
ni alius aduersus alium, posteaq; ex-
uistis ueterem hominem cum factis
suis, & induistis nouum qui renoua-
tur ad agnitionem, & imaginē eius;
qui cōdidit illum: ubi non est Græ-
cus, & Iudæus, circuncisio, & præ-
putiū, Barbarus, ac Scytha, seruus,
liber, sed omnia in omnibus Chris-
tus. Sitis igitur induiti tanq; electi
Dei, sancti, ac dilecti, uiscera misera-
tionū, benignitatē, modestiā, mans-
uetudinē, longanimitatē, sufferen-
tes uos inuicē, & condonantes uos

bis mutuo , si quis aduersus aliquē
habuerit querelā, quemadmodū &
Christus condonauit uobis , ita &
uos. Super omnia autē hęc charitatē,
quę est uinculū perfectionis: & pax
Dei palmāferat in cordibus uestris:
in quam & uocati estis in uno cor-
pore, & grati sitis . Sermo Christi
inhabitet in uobis opulente cū om-
ni sapientia . Docentesq; & cōmo-
nentes uos inuicē psalmis , & hym-
nis, & canticis spiritualibus,cū gra-
tia canentes in corde uestro Dño.
Et quicqd egeritis sermone , aut fa-
cto, omnia in nomine Dñi Iesu facis-
te, gratias agentes Deo, & patri per
illū. Vxores, subditæ estote p̄prijs
uiris,sicuti cōuenit,inDño. Viri dili-
gite vxores, & ne sitis amarulēti ad
uersus illas. Filij, obedite parētibus
in omnib, hoc.n.bene placet Dño.

CATECHISMVS

Patres , ne prouocetis liberos ueſtros , ne trifticia afficiantur . Serui , obedite per omnia ijs , qui domini ſunt ſecundum carnem , non obſeruij ad oculum exhibitis , tanquam hominibus placere ſtudentes , ſed cū ſimplicitate cordis timentes Deum . Et quicquid feceritis , ex animo facite , tanquam domino , & non hominibus , ſcientes quod à Domino recipietis mercedē hæreditatis , nam Domino Christo ſeruitis . Cæterū qui iniuste agit , reportabit id quod iniuste fecit , & non eſt personarum respectus . Colloſſ. cap . ij.

Rogamus autem uos fratres , ut agnoscatis eos , qui laborant inter uos , & qui præſunt uobis in Domino , & admonent uos , ut habeatis illos in existimatiōe per charitatem propter

propter opus illorum, pacem habe
te cum illis. Obsecramus autem uos
fratres, monete in compositos, con
solamini pusillamines, subleuate in
firmos, longamines estote erga om
neis. Videte, ne quis malū pro ma
lo cuipiā reddat, sed semper quod
bonum est sectemini, tum erga uos
inuicem, tum erga omneis. Semper
gaudete, indesinenter orate, in om
nibus gratias agite. Hęc enim est uo
luntas Dei per Christum Iesum er
ga uos i. Thessal. cap. v.

Dilecti, obsecro ut tanque adues
næ, ac peregrini, abstineatis à carna
libus concupiscentijs, quæ militant
aduersus animam conuersationem
uestram habentes honestam inter
gentes, ut in hoc quod detrahunt
uobis quasi maleficis, ex bonis ope
ribus

C v ribus

CATECHISMVS

ribus æstimantes uos glorificant
Deum in die uisitationis.

Oēs honorate,fraternitatē diligite,deū timete,regē honorate. i.Pet.
cap. ij. In summa, oēs sitis unanimes,similiter affecti ,fraterna p̄diti
charitate,misericordes,affabiles,nō
retaliantes malū malo,aut conuitiū
conuitio : sed contra benedicentes,
scientes uos in hoc uocatos esse ,ut
benedictionē hæreditate possidea-
tis. i. Pet. cap. iiij. Humilitatem as-
nimi uobis infixā habete : ppter ea
q̄ Deus superbis resistit,humilibus
aut̄ dat gratiā. Humiliemini igit̄ sub
potenti manu Dei, ut uos extollat
cum erit opportunū: omni cura ue-
stra cōiecta in illū. Nam illi cura est
de uobis.Sobrij estote,uigilate:qm̄
aduersarius uester diabolus tanq̄
Leo

**Leo rugiens obambulat , quærens
quē deuoret,cui resistite solidi fide,
&c. J. Petri cap. 5.**

Qui dicit noui eum, & præcepta eius nō seruat, mendax est, & in eo ueritas non est. Qui aut̄ seruat sermonē eius, uere in hoc charitas Dei perfecta est. Per hoc scimus , qđ in ipso sumus. Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. i. Ioan. cap. ij. Ne diligatis mundū, neq; ea quæ in mūndo sunt, Si q;s diligit mundū nō est charitas patris in eo. Qm̄ omne quod est in mundo, uidelicet concupiscentia carnis, cōcupiscentia oculor̄, & superbia uitæ, non est ex patre , sed ex mundo est : Et mundus transit, & cōcupiscentia eius , Qui aut̄ facit uoluntatē Dei, manet in æternum. **J. Ioan. cap. 2.** **Dilecti**

CATECHISMVS

Dilecti nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quod futuri sumus. Scimus autem quoniam si apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est.

Filioli, nemo uos seducat. Qui facit iusticiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est; quoniam ab initio dia**b**olus peccat. Ad hoc apparuit filius Dei, & dissoluat opera diaboli.

Filioli mei, ne diligamus uerbo, neque lingua sed opere, & ueritate.

Hoc est praeceptum eius, ut credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus nos mutuo, sicut dedit praeceptum. Et qui seruat praecepta eius, in illo manet, & ipse in eo.

eo. Et per hoc scimus, quod manet
in nobis è spiritu, quem nobis de-
dit. i. Ioan. iii.

Charissimi, diligamus nos inui-
cem, quia charitas ex Deo est, &
Deus est charitas &c. Ex hoc cog-
noscimus, q̄ in eo manemus, & ip-
se in nobis, quoniam de spiritu suo
dedit nobis. Et nos (Apostoli) ui-
dimus ac testamur, q̄ pater misit fi-
lium Saluatorē mundi. i. Ioan. iii.
Hæc est fiducia, quam habemus a
pud eum, q̄ si quid petierimus se-
cundum uoluntatē eius, audit nos.
Religio pura & immaculata apud
Deum & patrem hæc est: Inuisere
orphanos, & uiduas in afflictione
sua, ac immaculatim seipsum serua-
re à mundo. Sitis autem factores
uerbi (o Christiani, non auditores
tantum,

CATECHISMVS
tantum, fallentes uosmetipſos.
Iacobi. i.

CRVX SEV PERSECV
tio ueros Christianos, hoc est, Chri
stianæ uitæ studiosos comis
tari solita.

Omnes qui uolunt piè uiuere
in Christo Iesu, persequutionem pa
tientur 2. Timoth. 3. Tu aut feras
afflictiones, ut bonus miles IESV
Christi. Si cōmortui sumus, & con
uiuemus, si sufferimus & conregna
bimus. 2. Timoth. 2. Rursum A
postolus noster: Si cū eo patimur,
una cū eo glorificabimus. Nam res
puto nō esse pares afflictiones præ
sentis temporis ad gloriā, quæ reue
labit erga nos. Roma, cap. viij.
Si pro

ECCLESIAE. 24

Si probris afficimini in nomine Christi, beati estis: quoniam gloria & spiritus Dei super uos requiescit. Iuxta ipsos quidem maledictis afficitur, iuxta uos glorificatur. Ne quis enim uestrum affligatur, ut homicida , aut fur , aut facinorosus, aut curiosus alienarum rerum. Porro si ut Christianus affligitur alius quis, ne pudeat , imo glorificet Deum in parte hac.

OBDORMITIO CHRISTIANORUM IN ECCLESIA CATHOLICA.

Cæterum , nolo uos ignorare fratres de his, qui obdormierunt , ne doleatis , quemadmodum & cæteri non habentes spem.
Nam

CATECHISMVS

Nam si credimus, quod Iesu[m] mor-
tuus est & resurrexit sic et Deus eos
qui dormierunt per Iesum adducet
cum illo. Hoc enim uobis dicimus
in uerbo Domini, quod nos qui ui-
uimus, & reliqui sumus in aduentu[m]
Domini, nequaquam pueniemus eos
qui dormierunt. Quoniam ipse Do-
minus iussu, & uoce Archangeli,
actuba Dei descendet de cœlo, &
mortui in Christo resurgent primū:
deinde nos qui uiuimus, qui reliqui
sumus, simul cum illis rapiemur in
nubibus in occursum Domini in
aëra, & sic semper cum Domino es-
rimus. Proinde consolemini uos
mutuo sermonibus his.

EXPECTATIO GLO-
riosissimæ Apparitionis, quæ
erit secundus & ultimus
Aduentus Iesu Christi.

Sint lumbi uestri præcincti, &
lucernæ accensæ, & uos similes ho-
minibus expectantibus Dominum
suum, quādo reuertatur à nuptijs:
ut cum uenerit ac pulsauerit, confes-
stim aperiant ei. Beati serui illi, quos
quum uenerit Dominus, inuenierit
uigilantes.

Et uos igitur estote parati: quia
qua hora non putatis, filius ho-
minis ueniet. Luce,

Cap. xij.

FINIS.

D SYM

CATECHISMVS
SYMBOLVM APO-
STOLORVM, SEV FIDEI CHRI-
stianæ Rudimenta.

I

*



REDO IN DEVVM PA-
trem , Creatorem coeli
& terræ.

II Et in Iesum Christum filium
eius unicum, Dominum nostrum.

III Qui conceptus est è spiritu
sancto : Natus è Maria uirgine.

IV Passus sub Pontio Pilato,
crucifixus , mortuus & sepultus.

V Descendit ad inferos , tertia
die resurrexit ex mortuis.

VI Ascendit ad coelos , sedet ad
dextram patris omnipotentis.

VII Vnde uenturus est, iudicare
uiuos & mortuos.

Credo

ECCLESIAE. 26

- VIII Credo in spiritū sanctum.
IX Sanctam Ecclesiam catho
licam, communionem san
ctorum.
X Remissionem peccatorū,
XI Carnis resurrectionem,
XII Vitam æternam, Amen.
EXEGESIS APOSTO
lici Symboli, Autore Georg.
Vuicel.

Credo (corde & cōfiteor ore)
in Deum, (unum, uerum, uiuum)
Patrem (cœlestem & æternū) Om
nipotentem (cui nihil impossibile,
nihil difficile.) Creatorem cœli &
terræ (creauit autem in principio
utrumq; uerbo prolatō, & flatu pre
sente, ne non sibi trias illa constet.)
Et in Iesum CHRISTVM,
(nomen isthuc omnium sanctissimi
D ij Messiae

CATECHISMVS

Messiæ nostri, q̄ sit & saluator &
unctus, adeoq; q̄ sit diuinitus Do-
minus, sacerdos ac rex uere trismes-
gistus) Filium eius unicum (quippe
unigenitum, modo incogitabili, na-
tura filium existentem ante omnem
creaturam, Genitori consubstantia-
lem, atq; coæternū. Vnicum uero,
quia Christiani nos etiam dicimur
& sumus filij Dei, sed gratia, non
natura, adoptati, non nati) Domi-
num nostrū (Imperatorem ac prin-
cipem cui redempti seruimus, subq;
cuius elato signo stipendia facimus
spiritales milites.) Qui conceptus
est è spiritu sancto (modo ineffabili-
li. Idq; eo tempore, quo Archange-
lus Gabriel ad uirginem Iosepho
desponsatā salutator accessit.) Na-
tus è Maria uirgine (atq; ita uerbū,
per

per quod initio creauit Deus cœlū & terram, caro factum est.) Passus sub Pontio Pilato, (conceptus in Oppido Nazareth, natus in Opido Bethlehem, passus in ciuitate Jerusalem, accepta sententia mortis à iudice Pilato, qui ipse tamen plam affirmabat, se nullam causam mortis in eo inuenisse.) Crucifixus, (peculiari supplicio Romanorum, idq; non aliter ac si fuisset maleficus quum de nullo peccato quiuerit argui, tantū abest, ut capitale aliquod crimen potuerit in eū cadere.) Mortuus (iuxta hominē, pro nobis hominibus à morte sempiterna, per hanc mortem probrosam redimendis.) Et sepultus (ne quid in scripturis sanctis de Messia seu Christo non reuera impleretur.) Descendit

D īj ad infer

CATECHISMVS

ad inferos. (Nimirū ut iure destru
ctis inferorum portis , electos suos
liberaret , æternāq; uita donaret.)
Tertia die resurrexit ē mortuis.
(Atq; hoc deuicta morte , relictis
sub terra mortuis , ipse non ampli
us moriens.) Ascendit ad coelos (ui
ctor & triumphator, illō autem as
cendit filius hominis , unde prius
descenderat filius Dei.) Sedet ad
dextram patris omnipotentis. (Ni
mirum glorificatus seu clarificatus,
& conregnans, eiusdem cum patre
potestatis ac dignitatis.) Vnde uen
turus est iudicare uiuos & mor
tuos. (A dextra Dei patris, cui iam
corporaliter assidet , sub nouissimū
diem iterum ueniet in terram hanc,
quemadmodum uisus est in Bethan
ia scandere super nubes coeli . Et
ueniet in maiestate regia , cum An-

gelico satellitio, tam rex et iudex,
ad cuius tribunal uniuersi mortales
sistentur examinandi de peracta uis-
ta. Is aduentus Christi posterior est
in expectatione omnium maxima.)
Credo in spiritum sanctum, (eadem
uidelicet fide, qua in patrem & fili-
um credo. Nam una unius Dei fis-
des. Vnus Deus in substantia, tri-
nus in persona.) Ecclesiam sanctam
catholicam, communionem sancto-
rum, (persuadeo mihi congrega-
tionem Christianorum Euangelij
fide sanctam, & eiusdem confessio-
ne foelicem existere, unamque esse
omnium communionem ac societa-
tē, adeoque omnes unū esse corpus,
cuius caput Christus seruator. Ver-
congregatio fidelium, quam exister-
re uere credo, & cuius me consortē

D iiiij atque

CATECHISMVS

atq; participem esse profiteor, ca-
tholica seu uniuersalis est, nō schis-
matica seu particularis.) Remissio-
nem peccatorum, (in Ecclesia tali
credo Christianis pœnitentibus, &
conuersationem suam à baptismo
ac gratia gustata corrigentibus, pec-
cata remitti, per misericordiam op-
timi patris.) Carnis resurrectionem
(futurū indubitanter credo, ut cun-
cti mortales mortui, carne denuo
uestiti, è suo quisq; sepulchro resur-
gant, expergefacti uelut à somno
uoce filij Dei, ac Archangelica tu-
ba.) Vitam æternam, (& hanc fu-
turam cum primis credo, hæredita-
tem uidelicet nostram, conser-
uatā in coelis, quō tendimus
per momentaneę uitę hu-
ius uaria discri-
mina!

PRE,

PRECATIO DOMINI
nica.

PATER noster, qui es in cœlis,

I Sanctifice nomen tuum.

II Adueniat regnum tuum,

III Fiat uoluntas tua, ut in
cœlo, sic etiam in terra.

IV Panem nostrū quotidianū
da nobis hodie.

V Et remitte nobis debita
nostra, sicut & nos remit-
timus debitoribus nostris

VI Et ne nos inducas in tem-
tationem.

VII Sed libera nos à malo,
Amen.

EIVSDEM EXEGESIS.

Pater noster, qui es in cœlis.
(credentes nos filij tui per gratiam

D v in hac

CATECHISMVS

in hereditatem astiti, te inuocamus,
te adoramus supplices, tua fisi bo-
nitate. Sanctificetur nomen tuum,
Id est, utinam sanctum nomen tuum
per nostram conuersationem bo-
nam glorificetur inter omnes homi-
nes, & dicatur in gentibus: San-
ctus Deus ille sit oportet, qui tam
sanctos habet ministros ac confess-
ores. Nomen tuum omni tempore
re locoq; prædicetur, laudetur, me-
tuatur. Adueniat regnum tuum, Id
est, utinam exoptatum tempus tan-
dem ueniat aut potius redeat, quo
ipse Rex regnes inter nos, quo
quot nomen tuum iactamus, &
modereris credentium pectora spi-
ritu sancto. Regnum tuum spiritus
sempre ac ubiq; floreat, & præ-
ualeat regno mundi. Fac, ut reg-
num

num illud tuæ maiestatis & iustitiam eius iugi studio quæramus, hoc est, coelestia nobis curæ sint, non terrestria. Breuiter: Domine pater, rex æterne tu regna, tu impera, ac simul effice, nos ut seruiamus, ut pareamus. Fiat uoluntas tua &c. Id est, utinam uoluntatem tuam lübentes & perficiamus & suffera-
mus, illi nostram subiectientes,
quamdiu uersamur in terra. Tale
enim decet nos, hæreditatem pos-
sessuros in cœlo. Panem nostrum
quotidianum, Id est, nos, quod
facis, enutri Pater. A te enim solo
nostræ manus operatrices, tectum,
uictū atq; uestitū expectant. Porro
curato corpore, pasce quoq; animū
bone pastor, idq; uerbo sancto.

Ipse

CATECHISMVS

Ipse uisita, ipse doce nos. Nostrum
est audire, discere, meditari, facere.
Et remitte nobis debita nostra &c.
Id est, Propitius esto nobis peccato
ribus pater amantiss. Ne moria-
mur in peccatis nostris. Ne intres
nobiscum in ius. Ne gehennæ adiu-
dica nos. Effice iuxta, ne malū pro
malo reddamus, sed ijs qui leserunt
nos, ultro, si sit opus, benefacia-
mus, condonantes quicquid in nos
commiserunt. Tolle uindictæ cupi-
ditatem ex animis nostris, & dilec-
tionem immitt, qua fiat, ut pecca-
re desinamus. Et ne nos inducas in
tentationem, Id est, Ne patere rex
noster Opt. Max. ut toties & tam
periculoſe infirmiſculos nos Sa-
tan tentet, & ad male operandum
ſolicitet. Noli permettere, ut tribu-
lationes,

sationes, quas nobis hostis ille procurat, nos absorbeant, sed ferendi uires subministra, sicque age nobiscum, ut e tot temptationum undis, te duce, uictores euadamus. Sed libera nos a malo, id est, custodi nos sicut puerum oculi tui. A malo dæmone protege nos, & omnia nostra. Ab hominibus iniquis erumpe nos. A morbis præserua nos. Aduersus ascerbißimum Christiani nominis hostem Mahumetanum Turcam defende nos. Ab aduersis denique omnibus libera nos, ut tuo munimine tuti, tibi seruiamus ac placeamus in saecula, Amen, id est, ratum & certum esto, quicquid a maiestate tua diuina petiuimus.

DOMINICÆ PRECA, tionis Epilogus, Filij

CATECHISMVS

Filij petimus , ut nomen DEI
glorificetur , regnum Dei quæra-
tur , & uoluntas Dei peragatur.
Deinde ut necessaria nobis dentur,
ut peccata nostra remittantur , ut
infirmitates nostræ fulciantur. Po-
stremum ut tām corpore quām ani-
mo ab aduersitatibus liberi , Deo
nistro per Christum unigenitum
uiuamus in omni pietate ac honesta-
te, Sela.

ANGELICA SA- lutatio.

Aue Maria gratia plena Do-
minus tecum , Benedicta tu inter
mulieres , & benedictus fructus
uentris tui Iesus Christus.

EIVSDEM EXEGESIS.

Aue,

Aue, (Gaude ac exulta.) Maria, (semper virgo, in ipso etiam matrimonio.) Gratia plena, (quippe Christifera, immo Theodosius, spiritu grauida, fide repleta, spe firmata, charitate radicata, Gratia plena, hoc est omnibus donis gratiae plena, unde apud Deum & homines puella gratiosa, fauorabilis, amata, desyderata.) Dominus tecum, (uidelicet est, quantus quantum est. Tecum habitat, te completitur, te gubernat, te exaltat, te coronat Dominus.) Benedicta tu in mulieribus, (neque enim ulla omniute præcellentior, te prælustior extitit. Inter natas seu filias mulierum non surrexit maior Maria, matre Domini. Proinde nulla ullo saeculo laudatior, nulla celebrior. Beatam hanc dicunt omnes generationes,

CATECHISMVS

Huius anima magnificauit Domini
nū, huius spiritus exultauit in Deo
salutari suo.) Et benedictus fructus
uentris tui Iesus Christus, (qui ipsa
est benedictio, qua benedicimur
omnes, quotquot credimus in no-
mine eius. Incomparabilis laus est
Mariæ, Messiam seu Christum fru-
ctum uentris eius, id est, filium &
esse & dici.

DECALOGVS, SEV decem uerba Dei præ- ceptoria.

- I Ne habeto deos alienos co-
ram me.
- II Ne sumito nomen Domini
Dei tui in uanum.
- III Memento diei Sabbathi, ut
sanctifices illum.

Honora

ECCLESIAE. 33

- III Honorato patrem & matrem tuam.
V Ne occidito.
VI Ne adulterium cōmittito.
VII Ne furtum facito.
VIII Ne respondeto contra proximum tuum falsum testimonium.
IX Ne concupiscito domum proximi tui.
X Ne concupiscito vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ ilius sunt.

ENARRATIO DECA,
logi longe breuissima.

Ne habeto deos alienos coram E me.

CATECHISMVS

Hoc est, me solū habeto Deum peculiarem, domesticū, amicum tibi : Imo creatorē atq; patrem tuū, qui te amat, qui uti uiuas facit, qui tibi, unde uiuas , prospicit , qui gressus tuos dirigit, qui te, ne lædaris, obtegit, qui te, ne capitaliter pecces, custodit, qui te lapsū erigit, qui te aflatu suo sancto, recte ut conuerteris, motat, q; te, ut se cognoscas, efficit q; te coelestia docet, qui te, sic ubi male uales, medicat, q; te in aduersis solat, secunda subinde , pcurans, breuiter cui semper es, tam dormies, q; uigilans. Hic igit̄ unus merito Deus, merito Dñs tibi sit. Huius uerbū ac uoluntatē in primis audi , crede, disce, animo retine , factis exprime. Huic adhære per fiduciam . Hunc diligē corde toto , totisq; uiribus. Eundem cole, admirare, suspice, ex

tolle, metue, adora, prædica, lauda, glorifica, sequere. Ab hoc solo Deo tuo pende, ab hoc solo quævis roga, spera, & expecta. Præter hunc de nullo Deo audire sustine, præ hoc contemne quicquid uult aut esse Deus, aut simile Deo. Id est idolatriam tam Ethnicorum quam pseudochristianorum fuge. Antis christos horre, Hæreticos deuita, sciens terrorem ultoris Domini.

Ne sumito nomen Domini &c.
 Id est, sanctū nomen Dei (quē fidei unū habes, quem unū tibi addicis propriumq; facis) multo religiosissime uenerare. Eo em̄ nihil sub sole sanctius, nihil maius. Ad nomē Dei tui nominatū flecte genu, caput aperi, tunde pectus. Hoc nomē preciosissimū charissimq; tibi perpetuō sit.

E ī Huius

CATECHISMVS

Huius potentia cōfide, huic da gloriam, hoc inuoca, ab hoc consolatōrem accipe, in hoc gaude, in hoc uince. Præterea Euangelium Dei tui, itē sacramenta Dei, (super quæ nomen istud augustiss. inuocatum est) summa religione complectere. Tantoq; bono caue ne unq; abutaris uel ad periurium, uel ad conuictum. Ne Magiæ curiosis artibus operam dato, ne iurato, ne maledicito, ne male precator ulli mortaliſum. Sanctissimo nomine, sanctissimo uerbo, sanctissimis deniq; charismatibus Domini Dei tui ad huius gloriam, & ad utilitatem omnibus hominibus æque communem utitor. Sin minus, en adest in foribus ultrix blasphemiae uirga. Memento diei Sabbathi &c. ludaicum.

Sabba-

Sabbathum Iudæis Christiani relin
quimus. Nos uero primam Sabba
thi, hoc est, diem Dominicum, in
dominicæ resurrectionis cōtinuam
memoriam, obseruatione publica
sanctificamus. Hunc diem, Sabbathum
seu ferias nostras, appelles li
cet, ita tamen, ut nihilominus om
ne gratiæ tempus Christiani Sabbathi
nomini censeas. Ad rem. Sabbathum
igitur sanctifica, hoc est, diem
dominicum adeoq; reliquum uitæ
tempus sanctis operibus transige.
Non tuam, sed Dei uoluntatem hi
lariter perfice. Deo tuo ferias age
quietulus. Cæterū seruire Deo, fe
riari est, obsequum dare diabolo seu
peccare, operari est. Congregatis in
Christo fratribus te adiunge, cum
his iejuna, comissa confitere, præca
E iij re psalle,

CATECHISMVS

re, psalle, gratias age, Eleemosynas
in egenos disperge, ægrotos iuise,
tristes solare, hospites peregre ue-
nientes excipe, pupillis patrocinare
&c. Hoc demum pacto Sabbathū
ritè sanctificaueris.

Honorato patrem & matrem
tuam, (Vt Sabbathum Dei sanctifi-
cari, ita parentes nostros honorari
iubet lex immaculata. Sabbathum
Ecclesiasticis operibus sanctificat,
Parentes honorantur Politicis &
Oeconomicis. Honora parentes,
id est, reuerere illos, assurge cedocp
locum illis, uerbis blandis compel-
la, & id quidē honorifice, loquen-
tibus illis suauiter arride, senio des-
grauatos humeris tuis, posito pu-
dore fulci, ac sustenta brachijs, sic
enim bene institutos liberos decet.

Verum

Verum ad grauiora legis festino.
 Honora parentes, id est, Obedi pa-
 rentibus Christianis, quorum uide
 licet iussa capessere fas est. Consule
 parentes, sicubi hæres. Time paren-
 tes, si quid admisiſti, ob quod te
 mens conſcia redarguat. Eosdem
 defende aduersus iniuriam parum
 bonæ uiciniæ. Si sunt egentes, ale,
 Si carent tecto, collige, si ſenio de-
 lyri, doce, si nudi, tege. Quid mul-
 tis? Eum honorem parentibus
 imo eam honorificam beneficens-
 tiā debes ad ſepulchrum uſque.
 Honorato præterea Magistratus
 ac Præceptores tuos, atque hoc
 obſeruantia debita. Promiſſione
 filii mi diuina fruēris, ſi morem ges-
 feris præcepto diuino.

E iij Ne occis

CATECHISMVS

Ne occidito, (Atra bili percute cas
ueas, ne te rapiat præcipitem tristis
iracundia, ita ut proximo tuo (qui
est omnis homo.) manus afferas.
Iram reprime, à uerberando manus
abstine, ne quid poenitendum com
mittas. Infidias nemini strue. Inimi
citiam procul fuge. Lites ac fori la
tratus te non decere puta. Fratrem
obstricto collo in iudiciū ne agas.
Neminem oderis, nec inuidias ul
lius foelicitati. Contrà uero dilige
fratrem, à Christo Iesu dilectione
petita, dilectum adiuua, adiutum
alijs commenda, commendatū fra
ternitate haud indignum iudica. In
summa, cole amicitiam. **N**e adul
terium committito, (Coniunx ca
stum tuere thalamum domi ac fos
ris. Innuptus, aut esto continens,
aut

aut nubito. Corpus tuū templum
Dei est, hoc tu si turpiter prophas-
nes, iam ē Dei templo Cloaca dia-
boli redditus, animā tuam uolens
dedis tartareæ gehennæ. Sed lin-
gua quoq; casta sit, sicut decet san-
ctos. Turpiloquium enim audiri
inter nos non debet, & piaculū est,
lenoniam tolerare, fornices ferre.
Accipe summam rei, adulteros una
cum fornicarijs damnat Deus, ejcit
Ecclesia, reprobat politia, infamat
uicinia. Ne furtum facito, (Content
tus re tua uiue, si est angusta, mode
rare uictum, sin ampla, decide par-
tem in egentia membra communis
Ecclesiæ. Mutua charitas furto ra-
pinaq;, ut plurimum, læditur, &
rigor iuris excitatur. Eripī tibi alii
quid permoleste fers, quur ergo qd

E v tibi

CATECHISMVS

tibi fieri nolis, alteri facias? Cæterū enor me fœnus etiā exercere, furaci est. Nec ab hoc criminē diuersū fuerit, fraude ne gociari, & mangonizare mercimonia, dolosos mercatores atq; opifices fuca- tos fures neutiç falsò dixeris, gregarīs furunculis interuallo aliquo superiores.

Ne respondeto aduersi. prox. tuū fal- sum testimoniū, id est, Caeue ne ullo ser- mone aut literis cuiuis proximo noceas, sed huc incūbe, ut tam loquendo, q; scri- bendo prosis. A iudicilib. abhorre, si quādo de capite hominis alicuius agitur. Noli mentiri, nec mentientib. patronus esse. Errorem, si quē deprehendis, tanq; exitialē pestē uita, itē noxias fabulas. At cōtrà ueritati stude, illiç modis omnib. assuesce. Euangeliū Christi Iesu sine fer- mento hæreticorū admixto, omniū luci- dissima atq; puriss. ueritas est, hanc ama, hac oblectare ceu unico thesauro, ab hac nullus auellere. Ne concupiscito dōmū prox. hoc est, suā cuiq; facultatē saluam esse sinito. Nihil tibi cū alienis æ- dibus aut prædijs aut hortis, aut nemo-

ribus, aut piscinis aut uiuaris. Sine ipsis ille fruatur, cui eiusmodi possidenda diuinatus obtigerunt. Tu tuis fruere, tua sorte contentus. Si Domino uisum fuerit, dabit tibi quoque, unde commodius uiuas in terra sin minus, opulētissima illa in cœlis hæreditas certò te manet.

Ne concupiscito uxore proximi. &c.
hoc est, ut substantia huius sæculi, q̄ tua non est, ita familiā alienā tibi ne opta qui dē, tanū abest, ut per uiolentiā inuadas, tibiq; usurpes. Vt alteri suā domū, ta domestica quævis etiam intacta relinquīto.
Vxorē ille sibi duxit, sibi ductā habeat, sed sic quasi non habeat, quemadmodū exteriora bona omnia. Nec tibi quicquam rei cum illius famulitio, sicut nec illi cum tuo. Idem de iumentis senti.
Quod tuum est, boni consule, quod est alterius, ne cupe. Primum Decalogi præceptum cauet de alienis dīs, ultimum de alienis bonis. Deos alienos habere, idololatria est, bona aliena concupiscere, pleonexia est,

EPILOGVS DECALOGI.

CATECHISMVS

Qui diligit alterum legem expleuit. Siquidem illa: Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod aliud præceptum, in hoc sermone summatim comprehenditur: Nempe, diliges proximum tuum, sicut teipsum. Dilectio proximo malum nō operatur. Consummatio itaq; legis, est dilectio. Rom. cap. xiiij. Rur sus: Galat. v. Tota lex in uno uero bo completur, nempe hoc: Diliges proximū tuum, sicut teipsum. Idem Apostolus, i. Timoth. i. Finis præcepti est, charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata.

Finis.

DE

ECCLESIAE. 39
DE ECCLESIA
Christi.

Nosse debes, quomodo opor-
teat in domo Dei uersari, quæ est
Ecclesia Dei uiuentis, columnæ &
stabilimentū ueritatis, 1. Timoth. 3.

DE SCRIPTVRÆ
sancta.

Omnis scriptura diuinitus inspi-
rata, utilis ad doctrinam, ad redar-
gutionem, ad correctionem, ad in-
stitutionem, quæ est in iustitia, ut
integer sit Dei homo, ad omne os-
pus bonum apparatus, 2. Tim. 3.

DE BAPTISMATE.

An

CATECHISMVS

An ignoratis, quod quicunq;
baptizati sumus in Christū Iesum,
in mortem eius baptizati sumus? Se
pulti igitur sumus una cum illo per
baptismum in mortem, ut quemad
modum surrexit Christus ex mor
tuis per gloriam patris, ita & nos
in nouitate uitæ ambulemus, Ro
ma, cap. vi.

DE COENA DO mini.

Ego enim accepi à Domino,
quod & tradidi uobis, quod Do
minus Iesus in ea nocte qua trade
batur accepit panem: & postquam
gratias egisset, fregit, ac dixit: Acci
pite, edite: Hoc meum est corpus,
quod pro uobis frangitur, hoc fa
cite in

cite in mei commemorationem. Itis
dem, & poculum peracta coena, di
cens: Hoc poculum nouum testa
mentum est in meo sanguine: hoc
facite quotiescumq; biberitis in mei
commemorationem. Quotiescumq;
que enim comederitis panem hūc,
& de poculo hoc biberitis, mor
tem Domini annuntiatis, donec ue
nerit. Itaq; quisquis ederit panem
hunc, aut biberit de poculo Domi
ni indigne, reus erit corporis, &
sanguinis Domini, probet autem
homo seipsum, & sic de pane illo
edat, & de poculo illo bibat. Nam
qui edit, aut bibit indigne, iudici
um sibi ipsi edit, & bibit non dis
iudicans corpus Domini,
i. Corinth. cap. xi.

DE

CATECHISMVS DE POENITENTIA.

Nisi poenitentiam egeritis, omnes peribitis, Luce xiij. Poenitentiā age, alioquin ueniam tibi cito Apocalypsis, ij.

DE CONFIRMATIO, ne baptizatorum.

Cumq; Euangelizassent ciuitati illi, ac docuissent multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, denuo confirmantes animas discipulorum, exhortantesq; ut perseuerarent in fide: & quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum Dei. Acto. cap. xiiij.

DE ORDINE CLERI.

Huius

Huius rei gratia reliqui te in
creta, ut quæ desunt, pergas corri-
gere, & constituas oppidatim pres-
byteros, sicut ego tibi ordinaram:
si quis est inculpatus &c. Titi cap. i.

DE CONIVGIO.

Honorabile est inter omnes
coniugium, & cubile impollutum.
Scortatores autem & adulteras ius-
dicabit Deus. Hebre. cap. xiij.

DE VNCTIONE.

Infirmatur quis inter uos? acce-
sat presbyteros Ecclesiæ, & orent
super eum, ungentes eum oleo in
nomine Domini. Et oratio fidei
seruabit laborantem, & eriget eum
F Domi,

CATECHISMVS
Dominus : & si peccata fuerit operatus , remittentur ei.

COMMINATIO DIVINA , in filios inobedientiae,
ex Hieremiac cap.

xxxv.

Nonne recipietis disciplina , ut obediatis uerbis meis , dixit Dominus : Firmatum est uerbum lehonianadab filij Rechab , quod præcepit filij suis , ut non biberent uinum , & non biberunt usque ad diem hanc , quia paruerunt præcepto patris sui , ego autem locutus sum ad uos mane surgendo , & loquendo , & non obedistis mihi . Misericordia ad uos omnes seruos meos prophetas mane surgendo , & mittendo , descendit :

cendo: Conuertimini obsecro u,
nusquisq; à uita sua mala. Et bona
facite opera uestra, & ne ambule,
tis post deos alienos, ut seruiatis
eis, & habitabitis in terra quam de
di uobis, & patribus uestris, &
non inclinastis aurem uestram, nec
obedistis mihi. Quia firmauerunt
filij lehonadab, filij Rechab præ
ceptum patris sui quod præcepit
eis, populus autem iste non obe
dierunt mihi. Idcirco sic dixit Do
minus Deus exercituum D E V S
Israël: Ecce adduco saper Iehudah,
& omnes habitatores Ierusalem,
omne malum quod locutus sum su
per illos, pro eo quod locutus sum
ad eos & non audierunt, uocauimus il
los, & non responderunt. Domui
autem Rechabitarum dixit Irmeias,

F ij hu: Sic

CATECHISMVS

hu: Sic dixit Dominus exercituum
Deus Israël: Pro eo quod obedis-
stis præcepto Iehonadab patris ue-
stri, & custodistis omnia mandata
eius, & fecistis iuxta omnia quæ
præcepit uobis. Propterea, sic dixit
Dominus exercituum Deus Israël:

Non excidetur uir de Iehonadab
filio Rechab stans in
conspectu meo cun-
ctis diebus.

*

FINIS.

Ezech. IX.

Signa T H A V super frontem gementium &
dolentium super cunctis abominationibus.



Vidi prekariantes, & habescentes.Psalmus.

Tristitia nostra vertetur in gaudium. Ioann. 16.

Math. 7.

Beati qui lugent, quia consolationem accipient.

*Stulte quid est mundus, mortis nisi causa future
En ruit in uitijs, en perit ille suis.*



I. Iohn. 2.

*Mundus transit, & concupiscentia eius : Qui
autem facit voluntatem Dei, manet in eternum.*